



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata
quæ audit in confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. XXI.

aliquis in secreto confiteretur sacerdoti peccata grava quorum meminist, & alia venialia in generali. Alia est non sacramentalis quae sit coram omnibus in ecclesia, in prima & completorio. Prima confessio ex quatuor habet virtutem remittendi peccata venialia quo ad culpam & quo ad peccatum, vel in toto, vel in parte. Ex contritione confitentis, ex humilitate confessoris, & ex oratione absoluente, & ex vi clauis; sed secunda solum habet virtutem ex tribus primis, sed non ex quarto, quia illi confessori non adiungitur absolutio sacerdotis, sed solum oratio.

7 Quantum ad tertium dicendum est quod peccatum mortale vel ei totaliter oblitum, eo quod peccator non recordatur se commississe aliquod mortale: vel est oblitum in particulari, non autem in generali, quia recordatur se commississe peccatum mortale, sed oblitus est quale fuerit. In primo casu sufficit confessio generalis, quia Deus non requirit ab homine plusquam sit ei possibile, sed ei qui totaliter oblitus est peccatum mortale in generali & in speciali non est possibilis confessio & contritionis in generali, ergo illa sufficit. In secundo autem casu non sufficit generalis confessio & contritio, sed debet cōteri de peccato oblio tāquam de mortali, ex quo recolit illud fuisse mortale quo ad genus peccati, & nihil omnino debet dolere ne negligenter propter quam oblitus est peccatum commissum: si tamē ad nocturnam illam qui oblitus est peccatum suum mortale quounque dictorum modorum veniat peccatum commissum confitendum est in speciali, quia cessat ignorancia, quae excusabat eum à speciali confessione peccati.

8 AD primum arg. dicendum quod sola sacramentalis confessio fit ut per eam innoteat conscientia confitentis sacerdoti. Et istud debet fieri quotienscumque est possibile quo ad peccata mortalia saltem semel: sed quo ad venialia nunquam est necessarium, quia nec ipsa ex necessitate cadunt sub sacramento confessionis. Confessio autem generalis qua sit in ecclesia à multis in prima & in completorio non est sacramentis: unde et non adiungitur absolutio, valet tamē ad dimissionem venialium modis quibus dictum est.

9 Ad secundum dicendum quod per confessionem & contritionem generalē dimituntur omnia peccata venialia, nisi forte aliqua retineantur in affectu confitentis & tunc non est simpliciter contritio & confessio generalis: nec istud est contra dictum Ioan. i. quia non intendit dicere quin sit aliquod momentum quo posit homo esse sine fine peccato mortali & veniali, sed quod vita ita a nullo agitur, quin quandoq; incedat in aliquod veniale.

QVÆSTIO QVARTA.

Vtrum in qualibet casu tenetur sacerdos celare peccata que audit in confessione.

Quarto queritur vtrum in qualibet casu tenetur sacerdos celare peccata que audit in confessione. Eruditur quod non, quia qualibet plus tenetur conscientiam suam seruare illefam quam famam alterius, quia charitas ordinata est, sed sacerdos si semper celaret peccatum quod audiuit in confessione incurret damnum proprii conscientie: sicut cum adducitur in testem pro peccato illo, & cogitur iurare de veritate dicenda, ergo videtur quod in hoc casu licet peccatum confessum reuelatur.

2 Item illud quod quis potest facere per semetipsum per alterum etiam facere potest: sed confitens per semetipsum potest suum peccatum reuelare, ergo idem potest facere per sacerdotem internum.

3 Item quod ex charitate & pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet, vt dicit beatus Ber. sed celatio confessionis introducta est pro charitate ut ex hoc homines magis allicitant ad confessionem faciendam: militare et autem contra charitatem nisi in aliquo casu reuelari potest quod est auditum vel confessum, sicut quando aliquis in confessione fecit aliquem hereticum quem non potest inducere ut desistat a corruptione plebis, bonū enim plebis ex charitate preferendum est bono persona singulari, ergo in casu illo potest confessio reuelari.

4 IN contrario est quod habetur in litera, & id quod dicit Innocent. extra deponi, & remissio: omnis viri & sexus. Caeat sacerdos ne verbo vel signo vel alio quo us modo prodat aliquatenus peccatorum.

Quæstio IIII.

356

5 RESPONSO. Videnda sunt tria. Primum est quo iure tenetur sacerdos ad celandum confessionem. Secundum est an in hoc posse per aliquem dispensari. Tertium est an saltem de licentia confitentis possit sacerdos dicere quod in confessione audierit.

6 Quantum ad primum dicitur communiter quod celatio confessonis est de iure diuino, quod patet sic: ex eodem iure procedit institutio confessonis & celatio eius, sed institutio confessoris nostra est a iure diuino, ergo & celatio. Minor pater ex praecedentibus, dist. 17, quæst. 8. Sed maior probatur, quia in sacramentis id quod geritur per ministrum significat & figurat id quod geritur interiorius per Christum, quia sacramenta efficiunt quod figurant, & minister sacramenti gerit vicem Christi, sed in sacramento confessoris Christus peccatum illius qui subiicitur per confessionem sic tegit ut ex hoc non posse ei cedere in verecundiam, confessionem, vel quamcumque peccatum, ergo ex ipsa natura sacramenti minister qui gerit exteriorius vicem Christi teneret celare quod auditum in confessione, taliter quod confitentis non posse cedere in confessionem, verecundiam, vel peccatum aliquam: hoc autem non posset esse nisi illud totaliter teneretur secerit quod auditur in confessione, ergo &c. Quicquid sit de coniunctione, ratio tamen adducta ad probationem minoris deficit: quanvis enim in sacramentis illius quod geritur interiorius per Christum representetur exterius per ministrum factis & verbis vel altero eorum quantum ad principalem effectum sacramenti, non oportet tamen quod omnes circumstantiae represententur. Verbi gratia, minister baptizans facto suo quo lauat exterius & verbo suo quod dicit, ego baptizo te, &c. representat ablutionem spiritualem a peccatis quam Christus facit interiorius, & hoc est principalis effectus baptismi, & similiter in confirmatione, ordine & extreme unctione, & eodem modo est in confessione, quia principalis effectus quod Deus facit interiorius est remissio peccatorum, & istud representatur exterius per ministrum cum dicit abfolius te, &c. Celare autem peccata confessio non est effectus sacramenti, sed obligatio ministri de qua queritur unde veniat, nec appetat qd veniat ex hoc quod illud quod geritur interiorius in sacramentis, debet representari per hoc quod geritur exterius a ministris, hoc enim intelligitur de effectu sacramenti: sic enim & nō aliter intelligitur qd sacramenta efficiunt, quod significant. Item qualiter intelligitur quod Christus celat peccata confitentium, hoc enim intelligitur pro presenti seculo vel pro futuro: non pro presenti, quia sic Christus aequaliter celat peccata non confessa sicut confessio: non enim reuelari ita vel illa. Si intelligitur pro futuro non appetat qualiter sit verum, quia licet sacramenta significant id quod principaliter efficiunt nisi recipiēt fit indispositus, tamen quod significant, id quod in futuro seculo agitur nullus unquam dixit. Item in futuro seculo non celabuntur peccata neq; non confessio, sed omnia erunt omnibus manifesta viritate diuina omnia revelante, propter quod ex isto latere nō appetat quod sacerdos debeat peccata sibi confessio celare. Propter quod pro eadem coclusione adducatur et alia ratio, quae talis est: id quod dicitur secerit sacerdoti ut confessori non solum est secretum sed etiam est secretum sacramentale, quia in sacramento confessionis dictum, & est pars sacramenti. Cum ergo secretum sit celandum eo modo quo est vel esse debet secerum, secretum dictum in confessione non solum est celandum, quia secerit dictum, sed quia dictum est in secreto sacramentale, & vt pars sacramenti: sed sacramenta secundum quamlibet partem essentialē sunt de iure diuino, & ex institutione Christi, ergo celatio secerit dicti in confessione est de iure diuino.

7 Circa hoc tamen est adiudicandum, quod nō omnia quae dicuntur in confessione confitentis sunt de secreto confessionis, sed solum peccata vel circumstantiae, per quas posse deueniri in cognitionem peccati & peccatoris: multa autem alia dicuntur confitentis, vt genus, patria, nomen confitentis, & plura alia que confitentis exprimunt, quandoq; confitentis interrogatus ab eo vel non interrogatus, quae confitentis non tenetur celare, nisi quatenus per ea posset reuelari peccatum confitentis. Est etiam adiudicandum, quod cum dicitur quod sacerdos debeat celare peccata

YY 4 cons

Magistri Durandi de

confidentis, intelligentum est coniunctum, & non diuisum: confessor enim potest dicere se audiuisse in confessione talia peccata non exprimendo personam confidentis, & quandoq; est neceſſarium ad habendum cōſilium quid super aliquo caſu fit faciendum: potest etiam dicere quod talis est ſibi confeſſus, non exprimendo direcțe vel indicatē peccata ſibi confeſſa: ſed coniunctum dicere, talis eft mihi confeſſus talia peccata, eft violatio sacramenti confeſſionis. Et ſic patet primum.

8 Ex quo patet secundum, ſcilicet quod nullus potest dispensare quod reuelentur ea que audita ſunt in confeſſione: quia ecclēſia non potest mutare ea que Christus p̄cepit, & que pertinent ad veritatem articulorum vel ſacramentorum, cdm Praelati ecclēſie nō ſint domini, fed miniftri, nec fundatores, fed executores, vt prius dictum fuit: ſed ad celationem confeſſionis tenetur minister ex natura sacramenti, vt statim dictum eft, ergo in hoc non potest per aliquem diſperari.

9 Quantum ad tertium an de licentia cōfidentis poſtit facerdos dicere id quod audiuit in confeſſione, dicitur communiter quod non: quia ſi non valet licentia Papæ, neq; totius ecclēſie, multo minus licentia priuate perſo- na, maximē cum celatione confeſſionis ſit de iure diuitio. Veruntamen cōfidentis poſtit facere quod illud quod facerdos ſcit per alium modum, quam per confeſſionem: & ſic poſtit reuelare abſq; reuelatione confeſſionis, exprimendo alium modum per quem ſcit. Ad hoc autem quod facerdos ſciat per alium modum ſufficit (vt dicunt) quod confeſſiens licentiet eum ad dicendum quod in confeſſione audiuit. Primum itorū licet ſit verum, ſecundum tamen non videtur bene dictum, nec ſtarre cum primo: quia ſi li- centia cōfidentis non ſufficit ad dicendum id quod audiutum eft in confeſſione, niſi habeatur noua notitia, tunc nō ſufficient verba per que nō habetur de peccato noua notitia, ſed ſolum de precedente notitia datur licentia: ſed per haec verba, licentio te ad dicendum id quod a me in confeſſione audiuiſſi non datur aliqua noua notitia: alioquin omnis audiens hec verba acciperet de peccato dicto in confeſſione notitiam, ſed ſolum datur licentia, quia nec plus verba ſonant, ergo per illam nunquā eſt licitum dicere facerdoti quod audiuit in confeſſione. Item ſi talis li- centia ſufficeret, eftet via ad reuelationem cōfessionis & ſuſpitionem criminum: quia iudex habens aliquem ſuſpe- cētum de aliquo crimen, poterit ei dicere, da facerdoti licentiam vt dicat quod a te audiuit: ſi dat licentia, & da- ta valeat, habebit teſtimoniū contra ſe, ſi nō dat, & dare poſtit ut ponit hec opinio, merito habebit amplius ſuſpectus. Et ita non erit vſquequaq; ſecretum quod dictum erat in confeſſione cum oporteat talem licentiam dare ad reue- lationem confeſſionis, vel incurrere notam grauiſ ſuſpi- cionis. Melius eft igitur vt dicatur quod talis licentia nō valet, nec verba praedita qua ſonant in talem licentiam ſufficient: ſed oportet q; poenitens dicat facerdoti extra confeſſionem in generali, vel in ſpeciali peccatum quod vult alteri reuelari.

10 AD argumentum. Ad primum dicitur quod ſcens aliquid ſolum per confeſſionem ſi inducitur in teſtimoniū, & cogitur iurare de veritate dicēda, potest ſine ſcrupulo cō- ſcientiae dicere ſe neſcire (quia cum loquatur ut ſubditus, quia coaetus, non tenetur respondere niſi de his que ſcrit, ut ſubditus.) Et quia facerdos audiens confeſſionem nulli eft ſubditus niſi Christo cuius vicem gerit, ut ſubditus au- tem cuicunq; alteri nihil ſciit de pertinentibus ad confeſſionem: ideo potest ſecurè dicere ſe neſcire. Si autem non cogitur, ſed ſpōte teſtificatur, vel in communi locutione dicit ſe nihil ſcire mentitur, quia licet neſciat ut ſubditus homini (propter quod exculſatur cum cogitur) ſciit tamē & ideo negans absolute ſe ſcire, mentitur. Quod patet, quia ſi diceret ſcio, verum diceret, ergo ſi dicat neſcio, falſum dicit: imposſibile eft enim quod vtraq; pars contradic- tionis ſit vera relata ad idem.

11 Ad ſecundum dicendum quod ſicut cōfidentis poſtit per ſeipſum reuelare peccata que dicit in confeſſione, ita poſtit per facerdotem ſi dicat extra confeſſionem, ſed no- dando ſolum licentiam, cum hoc ſit in praetudicum ſa- cramenti.

12 Ad tertium dicunt quidam quod facerdos non te-

Sancto Porciano

nerit celare niſi peccata de quibus poenitens emendatio- nem promittit: quia nec Deus cuius facerdos eft minister aliā celat. Sed iſtud non valet, quia fictio ſuſcipiens ſa- cramentum licet impedit ipsū a fruē ſacramenti, ra- men non euacuat ſacramentū qui ſit verum. Et ideo quod facerdos obligatur ad celandum confeſſionē ex natura ſa- cramenti, patet quod ad hoc obligatur quantumcumq; ſuſ- cipliens fit imponens vel fictus, loquendo de fictione reſe- pectu effectus ſacramenti: quia ſi aliquis eſter fictus reſe- pectu ſuſceptionis ſacramenti, tunc nullū eft ſacramentum ſicut dictum fuit prius cum ageretur de penitentia & ba- ptismo. Et in iſto caſu facerdos non teneret ex vi ſacra- menti celare, id quod eſter ſibi ſecreſ dictum. Verbi grā- tia, hereticus impunitē & proponens altos corrumpere, De Bap. d. 4.9.4. nec credens ſacramentum confeſſionis ſeu poenitentie alii quid valere, nec intendens ſe ſubictere facerdoti pro ablo- lutione, nec pro confilio, nec facere aliquid quod fidèles ecclēſię faciunt, aut quod intendit ecclēſia, ſed volens pro uocare & irritare facerdotem dicit ei ſe eſſe hereticum, & velle corrumpere populum pro poſſe ſuo, in tali caſu nullū eft ſacramentum, nec ex virtute ſacramenti pecca- tum ſic dictum facerdoti eft celandum: quia non fuit ibi ſacramentum, neq; ſecundum totum, neq; ſecundum aliquam eius partem & hoc habetur tanquam probabilitet dictum abſq; alia aſſertio. Si autem hereticus haſtans de errore ſuo venit ad confeſſionē, & dicit hereticum ſuam facerdoti vt habeat ab eo conſilium, an erreret an non, daro quod habito conſilio facerdotis non crederet, nec dimi- tat hereticum ſuam: tale peccatum hereticus eft celandum, quia dictum eft in confeſſione ſacramentali quantum eft ex parte confeſſientis. Quod autem talis hereticus ſic dicta in confeſſione non debeat celari ſicut alia peccata nō po- test eſſe propter grauitatem eius: quia quād am alia inue- niuntur aquē grauias, vt blasphemias, nec quia infēctum aliorum, quia multa alia ſunt infēcta, ſicut ſolicitatione mulierum. Quam igitur haec celentur, & illud debet ce- lari, nec iſtud eft contra charitatem: quia charitas non re- quirit quod apponatur remedium contra peccatum mo- do indebito, quod fieret ſi reuelaretur confeſſio, poſti ta- men facerdos ſine reuelatione confeſſionis dicere Prae- latu quod in uigile diligenter ſuper gregem ſuum, ne forte- lopus ſit inter oves, igitur &c.

Sententia huius diſtinzioneſ. X XII.
in generali & ſpeciali.

C Vmq; multis autoritatibus. Superiorius determinauit Magiſter de tempore poenitentiae: hic verò determi- nar quādā que pertinent ad effectum ipſius, qui eft re- misio peccatorum. Et diuiditur in partes duas. Primo querit vrum remiſio peccatorum ſit irreuocabilis, an quandoq; peccata redant. Secundū, quia in quolibet ſa- cramento effectus eft res ipſius, ideo inquirit quid ſit ſa- cramentum, & quid res in poenitentia. Secunda ibi, Post pre- dicta reſta. Prima diuiditur in tres. Primo mouet que- ſionem in tētam. Secundō circa eam diuerſas opinioneſ tangit & perſequitur conferendo. Tertiō excusat ſe à de- terminatione. Secunda ibi, Cuius quātionis ſolutio eft. Tertia ibi, Vtriq; parti quātionis. Secunda pars principia- lis in qua inquirit quid ſit ſacramētum & res in poenite- nia diuiditur in tres. Primo mouet quātionem. Secundō ponit circa hanc vnam opinionem, & obicit dupliciter contra eam, & ſoluti. Tertiō ſoluti ſecundū aliam opinio- nem. Secunda ibi, Quidam dicunt ſacramētum eſſe. Ter- tia ibi, Quidam autem dicunt exteriorem poenit. &c.

2 IN ſpeciali ſic procedit, & querit primō, vrum pe- catis dimiſiſis in contraria ſi poſtimodum homo cōſideri contemnit, vel in p̄ſtitina peccata vel in ſimilia incidat, an peccata prius dimiſa redeat. Poſſe inducit ſuper hoc diuerſas autoritates: quidam enim ea reducunt & addu- cunt parabolam de feru ſequam nequam a quo debitum etiam prius dimiſum exactum eft: tanguntur etiam in litera plures autoritates que faciunt ad propositum. Sed con- tra hoc opponit, non enim videtur iustum vt pro pecca- to ſuper quo ſemel quis iudicatus eft iterum iudicetur & repondet quod propter hoc non bis ſuper eodem pe- cato